

**E**t in Cenaculo  
venerabilis homo et  
duicem comam nuncupare. **N**on  
quod enim suam cenam nuncupat  
admodum ducendam. Et illi quicke  
csumit. alios autem chuo est.  
**N**onquid domoq; non habet ad  
modum ducendam et libendum. **C**  
erchia; de cuperatio et cum  
sindone eos qui non habent  
**O**rdinem nobis. **I**am ruris  
mihoc non laudem. **S**ed etiam ac  
cepit dominus. quod et tradidit nobis  
quod dominus ihesu in nocte fuit  
huc. accepit panes et gressus  
ages frugit et dedit. **H**oc enim  
pudens in qd presumebit tibi.  
hoc faciat in mei condescendere  
ne. **T**um si et calix nobis  
concedatur dominus. **I**n calix meo  
cum te simoni eundem fieri.

**P**ropterea  
venerabilis  
domini filii  
venerabilis  
domini nobis  
domini. Quod  
necesse est po  
multa cum  
venerabilis dom  
in innotescere  
domini o  
venerabilis  
domini o  
venerabilis dom  
in innotescere  
domini o



EPI THAL AMIA

IN HONOREM  
ORNATISSIMI ATQVE  
DOCTISSIMI VIRI,

Dn. M. CASPARI MASCI,  
Illustrissimo Principi ac Domino, Dn.  
FRANCISCO, Duci Saxonie, Angarie & VVestpha-  
liae à secretis in regione Hadleria

S P O N S I :

E T

*Honestissimæ ac pudicissimæ Virginis*

*M A R G A R I T Æ,*

*Ornatissimi & integerrimi viri, Domini  
VITI STRVBTI quondam ciniis  
Lipsici relictæ filia S P O N S Æ:*

Nuptias ritu Christiano Lipsiæ die 24. Maij  
Anni XCVI. celebrantibus,

*Nuncupata ab Amicis.*

274 L I P S I A E,

Excudebat ABRAHAM LAMBERG.

Anno M. D. XCVI.





M. CASPARI MASCO  
ET MARGARITÆ STRVBIAE  
νεογάμων.



Aspar Adrastiae Themidisq; serena vo-  
luptas,

Pars et Apollineo nō renuenda choro:

Ecquid in hanc cogit tibi cor iuvenile catastam,

Totus ut admissi seruus amoris eas?

Nectua vicinis tellus Hadelonia nymphis,

Nec mare veliuolis pectora vertit aquis?

Scilicet hinc fato fieri connubia discas,

Nec temerè solui, quæ Deus ipse ligat.

Hac gaudere via tutum, sed maxima laus est,

Indeclinato continuare gradu.

Si quibus ergo tui constantia sordet amoris,

Numinis hos inopes mentis et eff reor.

Perge vias porrò monstrant tibi fata secundas,

Et thalami præstò sunt rata signa boni.

Ridet Agenorei repetitus vertice Tauri

Iupiter, inceptus et fauet inde tuis.

Aestuat ardenti tergo Cithereia cancri,

Inflammatis radijs cordaq; vestra suis.

Hos inter geminas vibrat Caducifer alas,

Urgeat ut tanti nuncia grata boni.

Falciger obliquis ea despicit inuidus hirquis,

Irrita sed vanus fulminat ira minu.

A 2

Mitti,

Mittimus astrologos, ipsis Deus imperat astris,  
Electis faueant ut sine fraude suis.

Quo vult, ipse trahit, quæ fecit, sideranutus,  
Illiū eneruant astra nec nullam manus.

Votaqb sunt aries, qui cornibus ardua sternit,  
Et cœli geminas pandit utringb fores.

Huc ades, hæc pulset conuexum machina cœlum,  
Latus et optatis Sponse fruere tuis.

Nunc Erycina vale, valeantqb Cupidinis artes,  
Suppetit ut vestra non egeamus ope.

Iupiter esto procul, qui nos iuuet, æthere Christi  
Est Pater, omnipotens nomine regb Deus.

Is primus thalami castos sanciuit amores,  
Cùm modò factus homo, cùm sine labe foret.

Dulcia connubij monstrauit gaudia Christus,  
Prima nouis Sponsis Spiritus arrha fuit.

Has pater ergo Deus, sancti Spiraminis æstu,  
Et natifretus nomine, fundo preces:

Cernis anhelantes utringb in fæderamentes,  
Fædera consilio primitus orta tuo.

Ergo precum parili quod dexteritate requirunt,  
Facthami fausto luceat igne focus.

Æqua iuuet Sponsus, nunquam subscribat iniquus.  
Qualia mundus amat, sed fugis usqb Deus.

Te colat ex animo, tibi vendicet omnia soli,  
Intima qui legum pandere sacrapotes.

Qui

Qui sine respectu, quo par est, iure coherces  
Singula, quo fuerint summa vel imaloco.  
Sic immota virum venturæ gloria vite,  
Orbe sed hoc etiam fama sequetur anus.  
Insuper et mixto cum Sponsa sanguine prolem  
Conscribat socij spem preciumq; thori.  
Christus et hos omnes tandem transscribat Olympo  
Hæredes regni post nigra fata sui.  
Hæc fortunato si fulgeat alea Sponso,  
Non infelici nomine CASPA Rerit.  
MARGAR! nunc etiam tecum suspiria iungam,  
Tela sit ut voti densior hisce sui.  
Cor recrees utinam lectissimus unio Sponsi,  
Unica sed verbum sit tibi gemma Dei.  
Unio sis tecti, sis lychnis et unio lecti,  
Fæcundus gremij fertilitate sui.  
Unio sis sobolis, soli quo dedita Christo,  
Nil prater regnum spectet ametq; Dei.  
Unio curarum condimentumq; laborum  
Coniugis alleuies corda grauata tui.  
Unio fæminei sis et noua gloria cætus,  
Ut decus hunc inter nobile semper eas.  
Unio sis Christo superas rediuius in auras,  
Cum tuba supremo concinet alta die.  
Tunc quas qui q; sibi gemmas collegerit orbe,  
Ultima non dubijs proferet horanotis.

A 3 Impi-

*Impiger hunc utinam festinet Lucifer ortum,  
Fraudis ut existat perfidiaq; modus.  
Hac ego sub mundi delirascens agone,  
Sed faci nunquam non memor, opto, mei.  
Viuere vos cupio, me tramite Parca beato  
Expediat, lucrum sic mihi funus erit.*

Ad diem nuptiarum Maij vet. XXIV. (qui Regifugio altero, Plinijsq; secundi iuxta quosdam interitu, Romanis: Timoleontis verò natali, & reportata ex Atheniensibus victoria, Syracusanis: Othonis porrò III. coronatione, Germanis: Omnibus deniq; Christianis, Spiritus S. in Apostolos effusione memorabilis existimatur) M. Johannes Vogelius Dresd. Ecclesiae Zittauiensis, in superiori Lusatia Pastor, amoris & benevolentiae ergò E.

*AD DR. M. CASPAREM MASCVM  
SPONSVM.*

*A*Mice Caspar intime,  
Medulla fidi pectoris,  
Quem cognitum sat diligo,  
Dum sospes aura perfruor:  
Quod me tuas ad nuptias  
Blandis vocare literis  
Dignatus es, perquam mihi  
Gratum fuit. Precor tibi  
Tuæq; Sponsæ gaudium

Plus

Plus mille dulce basīs.  
Absens licet sim corpore,  
Votis habebis proximum,  
Certare qui tecum Dei  
Conetur in præsentia.  
Idem sacer vobis meus,  
Amore candidissimo  
Patruelis impiger tui,  
Toto precatur pectore.  
Votis Deus iunctissimis  
Vtrinq; felix annuat.  
Ut quod rogamus, exitu  
Sequatur optatissimo.  
Aurata mittant pocula,  
Quibus est eritq; copia,  
Tu qualemq; pauculis  
Cum versibus munuscum  
AEqui boniq; consules,  
Sic noster altis inuicem  
Amor perennet flosculis,  
Hic arido quos pectore  
Natos, Olympi vertice  
Huinectet ille spiritus,  
Qui cuncta solus innouat.

M. Zacharias Posseltus Zittau. Pastor Ecclesie  
Hirschfeldensis propè Zittauiam F.

ALIVD.

A L I V D.

TV quoniam casti, castis Deus impiger ausis,  
    Autor habere tori, fautor habere tori:  
Inde tuo thalamus sibi Numine firmamentum,  
    Quod non exigui roboris instar, haber.  
Hus diues tædis succurrit copia cornu  
    Divite: ter gemino pax in honore fauet.  
Inuidia facies rebus pallescit opimis:  
    Optima cum Sponsis conuenienter eant.  
Contra peruerso violata Cupidinis arcu  
    Pectora si vettito copula more ligat:  
Nulla viam Fortuna regit: peiora sequuntur;  
    In partes veniunt ira furorq; suas.  
Saualibido suam sentit, quia digna, ruinam:  
    Sustinet exitium saualibido suum.  
Vta pudicitiam vastauit flamma Gomorram:  
    Hac etiam Sodomo causa perire fuit.  
Si Paridus dextram spreuisset filia Ledæ:  
    Impete Græcorum libera Troia foret.  
Si thalami quondam Thysbe Babylonia fædus  
    Fecisses iusto credula Nympha modo:  
Pyramus haud proprio tentasset viscera ferro:  
    Plures vixisses tu quoq; salua dies.  
Hac sponsi casta Masci sub mente recurrunt:  
    Illi hinc animum, quæ grauiora, mouent.

Mar-

77  
Margaris hæc memori sub pectore Spōsa volutat:

Illiū hinc animum, quæ meliora, mouent.

Legitima thalamum scandunt ratione: iugales

Accendunt, Christo cæpta iuuante, faces.

Margaris ob tantum lætetur Sponsa maritum,

Qui ratione valet, qui grauitate valet.

Huic Suadela sua Romana Pelasgaq; dotes

Indidit, hunc titulis vrbis Philyrea beat.

Hinc magnis placet ille viris: sub pondere rerum

Sudat, quæ solidæ dexteritatis egent.

Non igitur mirum, sacra si Citherea puellam

Huic, quæ prælustri stemmate clara, dedit.

Quæ pietate viget, quæ non virtutis egentem

Mentem, Lipsiacis mota pudore, gerit.

I vobis stratas, fatu tere Sponse benignis

Cum Sponsa (faucant Numinæ magna) vias.

Necte Dei dono fædus quod soluere mortis

Non nisi post multos vis queat alta dies.

Optima pignoribus cumulentur pignora leæti,

Æmula quæ matris sint referantq; patris.

M. Iohan, Richter.

B

ALIVD.

## A L I V D.

M<sup>I</sup> frater, mea dextra, cor tenellum,  
 Atq<sup>;</sup> ipsis oculis meis ocell<sup>e</sup>  
 Plus dilecte mihi, quid est, quod abs te  
 Tam procul voluere fata dudum  
 Me sciungier? Haud enim sine illis  
 Hoc factum puto. Scilicet voluptas  
 Ut maior foret utriusq<sup>;</sup>: quando  
 Nos tandem nimis ô nimis remotos  
 Rursus iungeret architectus orbis,  
 En factum sapientis architecti  
 Nutu atq<sup>;</sup> arbitrio, quod ante pridem  
 Optau<sup>i</sup>: ut liceat videre coram  
 Germanum mihi melle dulciorum  
 Cunctis delicis suaviorem,  
 Eiusq<sup>;</sup> alloquio frui. quid c<sup>i</sup>mo  
 Ter promtissimus ille rex Iehoua  
 Nunc me præterea tuis adesse  
 Tædis efficit. Ergo lætor, atq<sup>;</sup>  
 Totus gestio, nil valens nisi vna  
 Gratari tibi voce versibusq<sup>;</sup>,  
 Atq<sup>;</sup> applaudere. Raptat huc amoris  
 Constantis pius ardor, inq<sup>;</sup> fratrem  
 Affectus. Merito ergo vota fundo:  
 Et Deum precor: ut secundet ista,

Quæ

Quæ suscep̄ta geruntur arbitratu  
Ipsius: faciatq; te beatum  
Cum Sponsa, nihil vt torum fatiget  
Aduersi: nihil imber aut procella  
Contra vñquam valeat. Bonis Iehoua,  
Addat hæc etiam sui fauoris  
Argumenta: videlicet perinde  
Ac vitis generosa germinare  
Fœtu diuite sueuit: atq; late  
Sese effundit: vt haud secus virescat  
Hic tuus thalamus: tibiq; proles  
Læta exurgat: & ordo posteriorum  
Hinc longus numeretur, & nepotum:  
Qui nomen studeant ad astra factis  
Præclaris vehere & locare cœlo.

Johan. M ascus.

A L I V D.

S Parge benigna rosas Philyreā Flora per urbē,  
Florapijs Sponsis sparge benigna rosas.  
Ille, decus Sophiæ, decus immortale Mineruæ,  
Optato thalamum Nume M A S C V S adit.  
M A S C V S honore potens, titulus ac arte Magistri  
Insignis, Clarij fama vigorā chori.  
Hunc mea Sponsa soror sancito fædere Sponsum  
Gaudet, diuino fulta fauore, sequi,

B 2

Plana

Plana sit ad templum via saluos plana reducat:  
Quas fundunt precibus pondus inesse liquet.  
Legitimo siquidem dextræ moderamine dextrā  
Iunxerunt: dextro sidere iuncta fides.  
Bruta Cupido loci nihil obtinet: intus amorem  
Quem non instigat bruta cupido, fouent.  
Ut pietas ambos puerili iuuit in ævo,  
Sic ea post multos continuanda dies.  
Ut virtus ambos comitata est hactenus, ambos  
Sic, dum sustentat spiritus ossa, vebat.  
Fortuna melior status expectetur in horas  
Quæ sunt grata, dies quæq; futura ferat.  
Ex paruo surgant maiora: benignius adsit  
Fatum: coniugium fasq; bonum q; beēnt.  
Alma dōnum seruet Themis, alma deinde fauore,  
Pax nunquam cesset multiplicare suum.  
Det sebolem Lucina bonam: pia pignora lecti  
Proueniant: iustum catera Numen aget.

Zacharias Strubius Lipsiensis.

E L E G I A.

Masce tibi, thalami qui fautor & autor habe-  
tur,  
Masce tuo thalamo fata benigna fauent.  
Fata benigna fauent Themidis tibi gloria Sponso:  
Margaris ipsa sciat, quod sibi fata fauent.  
Quām

Quām bene conueniunt Sponsus ter siderē fausto

Cum Sponsa? quanto floret amore torus?

Ipse Deus vīclo vos casti ſtringit amoris,

A quo virtutem tēda iugalis habet.

Quin etiam vestrīs vires amplexibus addit,

Vires, quæ minui non niſi morte queunt.

Sint procul à vobis mordacis prælia lingue,

Hoc neq; coniugij diſſoluatur opus.

Perdidit Herculeam Veneris lasciuia Sparten,

Illicitus Troiæ mœnia fregit amor.

Non Deus eſt Numen, quod ſexualibido moretur,

Seu teneat caſtris dira cupido ſuis.

Sed quas accendit ſacri ſpiramine Flatus,

Ventilat haſce faces auxilioq; iuuat.

Suſtentatq; ſui ſocialia iura columnis

Numinis, ut crescat prole beata domus.

Hoc opus hoc magnum, fuluo preſiosius auro,

Præſidium laeta noſcite mente Dei.

Continuet ſtabilis vestrū Concordia cæptum,

Conſirment ſocium Paxq; Fidesq; torum.

Sic vestrā longo proles beet agmine mensam,

Quæ matrem referat moribus, arte patrem.

Aurea coniugio procedant ſecula: Sponsus

Annos Nestoreos, Sponsaq; ſoſpes agat.

Conſcripta ab Albino Khol Zittau.

B 3

XPONO-

XΡΟΝΟΛΟΓΙΚΟΝ.

FVLsIt VbI MaII seX & bIs nona nItentIs  
FaX, hæC VInCLa pII ConCeLebrata torI.

Syracides cap. 26. sent. 21.

*Vt Sol mundo oriens, de Dei altissimis: Ita mu-  
lieris bona pulcritudo in ornatu domus ipsius.*

O D A.

LVMEN vt solare suis, recurrens  
Ambitu certo, radījs perurit  
Totius mundi uitidum theatrum  
Mente stupenda.

Quando Sol densis tenebris vicissim  
Obtegit vultus, animos dolore  
Afficit tristes, redeunt reducto  
Gaudia Phœbo.

Omnibus gratum iubar est, molestum  
Solis haud vlli, fouet & calore  
Nata miranda ratione quæcū  
Vbere terra.

Principis procedit ab arce summi,  
Ceu nouus Sponsus thalamo recedens,  
Prodit & castris, rutilis coruscans

Manè quadrigis.

Sic decus, virtusq; decora Sponsæ,  
Strennuè quæ iussa viri verenda

Eff.

Efficit, Fax est thalami, domusq;  
Fida columna.

Fax tori, diræ tenebras procellæ  
Dissipans, sortemq; leuans acerbam,  
Ac fauore ornans, decoransq; Sponsi  
Tempora læta.

Hanc D E V S donat sociam marito,  
Inscio culpæ, Sophiâ celebri,  
Hanc Ophyræo preciosiorem  
Iudicat auro.


Hi plagas terræ, nitidiq; cœli  
Fructibus replet thalami, domusq;  
Semper illorum sine lite perstat,  
Cunctaq; grata.

Talis en CASPARE tibi marita  
Iungitur, vultu roseo venusta,  
Quæ viro tali perhibetur omni  
Tempore digna.

Ambo vos ergo DOMINVM timete,  
In fide sancta, precibusq; iustis:  
Ille nil vestris decies rogatus  
Abneget ausis.

*Composita à Valentino Khol Zittau.*

F I N I S.





aut omisla uocem magna ex-  
piravit p̄i nr̄. Et uide ob-  
p̄i scilicet ēmōna afflue-  
densi. Unde an̄cē dicitur  
exadūso stabat. quā sit dāns  
expirassit. Unde huc dicitur  
dī filius erat. Nam huc dicitur  
heres desiderat affuerit. ne  
q̄b erat m̄tū nō dicitur.  
Et merita uocis p̄cipia. Et  
posseb̄ manū. taliter.  
Et cū cēt my  
cū. ermis  
m̄lt̄. q̄ sunt o  
utluna. eo? A  
sero tēt̄ bñ. cum uocem  
erit qđ ē s̄nt̄. sed uocē uocē  
posseb̄ alio modo uocē uocē  
destituta. qđ ip̄e s̄nt̄. qđ uocē  
deponit. Et tān̄ ad uocē  
uocē ad ipsiā uocē.